quædam enim euellunt, iisq́ contrariæ inducũt, luxum immoderatum, cõſidentiam importunã, iram iniuſtam, vecordiam, ſuperbiam, amentiã. Verùm de his non dicã. Qui enim hoc morbo correpti ſunt, non ſuſtinerẽt audire de virtute & vitio, ſi accuſarentur ſimul & conuincerentur, cùm in voluptate toti ſint, ideoq́ eius facti ſerui.

Agè igitur miſſa interim de his diſputatione, quæ reliqua ſunt, in medium adferamus, ac videamus, num quã diuitiæ voluptatẽ habeant, num quẽ honorẽ. omnia enim contraria video. Ac ſi vultis, primùm in menſas diuitum & pauperum inquiramus, dicamusq́ veſcentes quinam maximè pura &

καὶ τὰ ἐναντία τούτων ἐπεισάγει, ἀκολασίαν ἄμετρον, θυμὸν ἄκαιρον, ὀργὴν ἄδικον, ἀπόνοιαν, ὑπερηφανίαν, ἄνοιαν. ἀλλὰ μὴ εἴπω περὶ τούτων. οἱ γὰρ τῇ νόσῳ ταύτῃ ἑαλωκότες οὐκ ἀνάσχοιντο περὶ ἀρετῆς καὶ κακίας ἀκούοντες, τῆς ἡδονῆς ὄντες ὅλοι, καὶ διὰ τοῦτο αὐτῆς γινόμενοι δοῦλοι, κατηγορουμένων αὐτῶν ὁμοῦ καὶ ἐλεγχομένων.

Φέρε οὖν τέως τὸν περὶ τούτων λόγον ἀφέντες, τὰ λοιπὰ εἰς μέσον ἀγάγωμεν, καὶ ἴδωμεν, εἴ τινα ἡδονὴν ὁ πλοῦτος ἔχει, εἴ τινα τιμήν. τοὐναντίον γὰρ ἅπαν ὁρῶ. καὶ εἰ βούλεσθε, πρῶτον τὰς τραπέζας τῶν πλουτούντων καὶ πενομένων ἐξετάζωμεν, καὶ ἐρώμεθα τοὺς ἐστιωμένους, τίνες μάλιστά εἰσιν οἱ καθαρὰν καὶ γνησίαν καρπούμενοι ἡδονήν;